



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Io. Baptistæ Portæ Neapolitani Magiæ Naturalis Libri
Viginti**

Della Porta, Giambattista

Frankfurt, 1607

Quomodo odoribus animalia congregentur. Cap. VII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70772](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70772)

34 MAGIAE NATVR. LIBER XV.

Speculis etiam animalia conueniri. C A P. VI.

ET si foeminae defuerint, poterunt specula propria imaginem reflectere, vnde animalia delusa sua eorum forma, alliciuntur, poterunt & liquores speculum vicem subire. Ut.

Sepia specula capitur.

Specula nimirum in lignum incisa, ex chorda appensa, in aquam pescatores demittunt, & sensim fluitantia trahunt, sepia ad sui simulachrum sese iaculatur, ac suis flagellis lignum complicans, dum sese apparentem in speculo amatoriè intuetur, interea reticulo circumuenia subducitur.

Monedula speculo capiatur.

Monedulae se ipsas amant, aucepseas venaturus, talimachinatur, nam in quem locum congregantur aspernit, ibi pelues, olei plenas disponunt, curiosa auricula eo profecta, in vasis labro considerat, & simul sese inclinans, suam ipsius umbram despicit, & quod existimat, aliam se monedulam videre, ad eam ipsam festinat descendere, eoque ut est delapsa, olei crassitudine circumfusa, sine laqueis, sine retibus constricta tenetur. Ut

Coturnices speculo capiantur.

Clearchus scribit perdiçes, passeræ, & coturnices non modo quum vident foeminas semē emittere, sed etiam quum earum vocem audiunt: causam esse animo impressionem, quod ipsum coitus tempore cognoscet, si contra eas speculum posueris, & ante hoc ipsum tendicularum insidias, nam ad imaginem suam, quæ inaniter in speculo repræsentatur, accurrentes excipiuntur, ex Athenæo, & Eustathio.

Quomodo odoribus animalia congregentur.

C A P. VII.

VARI sunt odores, vel alias occultæ proprietates, quæ animalia congregant in unum, ex peculiariterum, vel animalium natura; dicemus odoramenta, & alimenta quædam ab eis valde experita. Veluti

Monoceros odore allicitur.

Monoceros adeo virginis puellas venerari scribit Tz.

154

tæs, vt ipfis mansuescat, & aliquando iuxta eas in somnum delapsus capiatur, ligeturq; iuuenem aliquem robustum venatores puellæ instar vestiunt, & aromatibus aspersum statuunt è regione loci, in quo monoce-ros fuerit, vt odoris suauitas auræ flatu ad beluam deriuari possit, ipsi interea occultantur, fera odore illecta ad iuuenem accedit, ille manicis amplis, & odoratis feram obuelat, venatores accurunt, & cornu resecant.

Ad congregandum mustelas.

Fel stellionum in aqua tritum mustelas congregare dicit Plinius. Imo chamæleontis felle in aquam coniceto mustelas contrahi scribunt Magi Pliniani.

Ad congregandum mures.

Si amuram spissam patinæ infuderis, & in domo recto posueris, adhærebunt, ex Palladio. Si amurcam, inquis Anatolius, in æneam peluim infuderis, eamque in media domus parte reliqueris, noctu mures congregaveris omnes.

Vt conueniant pulices.

Ericij salsi, & in aqua seruenti innatans collecta pinguedo, si illinatur baculo, & is in domo, vel sub lecto ponatur, conueniunt ad eum omnes pulices, ex Rhasi.

Ranas congregare.

Fel capræ in terra, in vase aliquo repositum, ad se dicitur ranas congregare, si gratum aliquod in eo reperiant.

Quomodo animalia ebria manibus capi possint.

C A P. VIII.

DIXIMVS illicia, nunc inebriationes, quamplurima enim sunt simplia, quæ inebriant, vt manu capi possint consopita, & quia ex animalium varietate variæ sunt, quæ hunc effectum præstent, ideo seriatim singula trademus. Et primò

Canes quomodo inebrientur.

Athenæus coruos, & canes inebriari cœnutta herba dicit. Sed Theophrastus, à quo exceptit, radix oenothera data ex vino, mitiores, hilarioresq; mores reddit, vnde